243

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

CLEMENTIS PAPÆ XIV

LITTERÆ

IN FORMA BREVIS,

QUIBUS

SOCIETAS JESU

NUNCUPATA

EXTINGUITUR, ET SUPPRIMITUR

IN UNIVERSO ORBE.

BREVE

DO SANTISSIMO PADRE

CLEMENTE XIV

PELO QUAL

A SOCIEDADE CHAMADA *DE JESUS*

SE EXTINGUE, E SUPPRIME

EM TODO O ORBE.

LISBOA

NA REGIA OFFICINA TYPOGRAFICA.

ANNO MDCCLXXIII.

CLEMENS PAPA XIV

Ad perpetuam rei memoriam.

I

D*OMINUS*, *ac Redemptor noster JESUS CHRISTUS Princeps pacis a Propheta prænuntiatus, quod hunc in Mundum veniens per Angelos primum pastoribus significavit, ac demum per se ipsum antequam in cœlos ascenderet, semel & iterum suis reliquit Discipulis; ubi omnia Deo Patri reconciliavisset, pacificans per sanguinem crucis suæ, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt, Apostolis etiam reconciliationis tradidit ministerium, posuitque in eis verbum reconciliationis, ut legatione fungentes pro Christo, qui non est dissensionis Deus, sed pacis, & dilectionis, universo Orbi pacem annuntiarent, & ad id potissimum sua studia conferrent, ac labores, ut omnes in Christo geniti solliciti essent servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati sunt in una spe vocationis, ad quam nequaquam pertingitur, ut inquit S. Gregorius*

CLEMENTE PAPA XIV

Para perpetua memoria.

I

CHRISTO Senhor, e Redemptor nosso, sendo annunciado pelo Profeta, Principe da paz, assim o significou pelos Anjos, logo na sua Natividade, aos Pastores; e depois por si mesmo, em quanto viveo entre os Homens, até á sua gloriosa Ascensão, huma, e muitas vezes a ensinou aos seus Discipulos; e para reconciliar com seu Eterno Pai todas as creaturas, pacificando tanto as da terra, como as do Ceo, com o precioso Sangue da sua Cruz, e Paixão, commetteo aos Apostolos o ministerio da reconciliação, e lhes conferio o dom della, para que como Legados do mesmo Senhor, que não he Deos da discordia, mas sim da paz, e da caridade, a annunciassem a todo o Universo; empregando neste principal objecto os seus maiores cuidados, e fadigas, para que todos os Catholicos se esmerassem em viverem entre si unidos, com o vinculo da paz, constituindo hum só corpo, e hum só espirito, que se fizesse digno da singular vocação, que, como diz S. Gregorio Magno, se não con-

rius Magnus, ſi non ad eam unita cum proximis mente curratur.

2 *Hoc ipſum potiori quadam ratione nobis divinitus traditum reconciliationis verbum, & miniſterium, ubi primum, meritis prorſus imparibus, evecti fuimus ad hanc Petri Sedem, in memoriam revocavimus, die, noctuque præ oculis habuimus, cordique altiſſime inſcriptum gerentes, ei pro viribus ſatisfacere contendimus, divinam ad id opem aſſidue implorantes, ut cogitationes, & conſilia pacis nobis, & univerſo dominico gregi Deus infundere dignaretur, ad eamque conſequendam tutiſſimum nobis, firmiſſimumque aditum reſerare. Quinimo probe ſcientes, divino nos conſilio conſtitutos fuiſſe ſuper gentes, & ſuper regna, ut in excolenda vinea Sabaoth, conſervandoque Chriſtianæ Religionis ædificio, cujus Chriſtus eſt angularis lapis, evellamus, & deſtruamus, & diſperdamus, & diſſipemus, & ædificemus, & plantemus, eo ſemper fuimus animo, conſtantique voluntate, ut quemadmodum pro Chriſtianæ Reipublicæ quiete, & tranquillitate nihil a nobis prætermittendum eſſe cenſuimus, quod plantando, ædificandoque eſſet quovis modo accommodatum; ita, eodem mutuæ charitatis vin-*

ſegue, quando a ella ſe não aſpira com verdadeiro eſpirito de união, e caridade com o proximo.

2 Sendo-nos pois com maior razão, em certo modo, commettido eſte preceito, e miniſterio da reconciliação, logo que, ſem merecimentos, nos vimos collocados neſta Cadeira de S. Pedro; nos lembramos delle, ſem o perdermos de viſta de dia, nem de noite, trazendo-o profundamente gravado no coração para cumprirmos com o meſmo miniſterio, quanto nos permittiſſem as noſſas forças; implorando continuamente o Divino auxilio, para que Deos ſe dignaſſe infundir-nos, e a todo o ſeu Rebanho, verdadeiras idéas, e ſentimentos de paz; e nos patenteaſſe os mais ſeguros, e firmiſſimos meios de conſeguilla. E conhecendo Nós, que por permiſsão Divina fomos ordenados ſobre as Gentes, e Reinos, para na cultura da vinha de Sabaoth, e na conſervação do edificio da Religião Chriſtã, cuja pedra angular he Chriſto, arrancarmos, deſtruirmos, deceparmos, desfazermos, edificarmos, e plantarmos; da meſma ſorte que ſempre nos aſſiſtio hum animo, e vontade conſtantes de não omittirmos couſa alguma, que, plantando-a, e edificando-a, pudeſſe contribuir de algum modo para a quietação, e tranquillidade da Républica Chriſtã; igualmente nos ſentimos promptos, e diſ-

vinculo expoſtulante, ad evellendum, deſtruendumque quidquid jucundiſſimum, etiam nobis eſſet, atque gratiſſimum, & quo carere minime poſſemus ſine maxima animi moleſtia, & dolore, prompti æque eſſemus, atque parati.

3 *Non eſt ſane ambigendum, ea inter quæ ad Catholicæ Reipublicæ bonum, felicitatemque comparandam plurimum conferunt, principem fere locum tribuendum eſſe regularibus Ordinibus, ex quibus ampliſſimum in univerſam Chriſti Eccleſiam quavis ætate dimanavit ornamentum, præſidium, & utilitas. Hos idcirco Apoſtolica hæc Sedes approbavit non modo, ſuisque fulcita eſt auſpiciis, verum etiam pluribus auxit beneficiis, exemptionibus, privilegiis, & facultatibus, ut ex his ad pietatem excolendam, & religionem, ad populorum mores verbo & exemplo rite informandos, ad fidei unitatem inter fideles ſervandam, confirmandamque, magis magisque excitarentur, atque inflammarentur. Aſt ubi eo res devenit, ut ex aliquo regulari Ordine, vel non amplius uberrimi ii fructus, atque optatiſſima emolumenta a Chriſtiano populo perciperentur, ad quæ afferenda fuerant primitus inſtituti, vel detrimento potius eſſe viſi fuerint, ac perturban-*

diſpoſtos por hum reciproco vinculo de caridade para arrancarmos, e deſtruirmos, ainda que nos cuſtaſſe a maior afflicção, e amargura, tudo quanto a perturbaſſe, por mais grato, aceito, e abſolutamente neceſſario que aliàs nos pudeſſe ſer.

3 Não ſe póde duvidar de que as Ordens Regulares merecem o primeiro lugar entre as couſas, que melhor contribuem para o bem, e felicidade da Républica Catholica; e que dellas dimanou em todo o tempo o ornamento, o ſoccorro, e a utilidade mais ampla da univerſal Igreja de Chriſto. Por iſſo eſta Sede Apoſtolica não ſómente as approvou, e protegeo, mas tambem as enriqueceo com beneficios, izenções, privilegios, e faculdades, para que melhor ſe animaſſem, e inflammaſſem no augmento da piedade, e religião; e edificaſſem os coſtumes dos Póvos com as ſuas palavras, e exemplos, praticando, e confirmando entre os fieis a união da Fé. Porém tanto que, pelo contrario, alguma Ordem Regular ou deixou de produzir aquelles abundantes frutos, e deſejado proveito, que o Povo Chriſtão devia perceber, e para cuja producção tinham ſido inſtituidas; ou parecêram prejudiciaes, e mais proprias para perturbarem, do que para promoverem a tranquillida-

bandæ magis populorum tranquillitati, quam eidem procurandæ accommodati; hæc eadem Apoſtolica Sedes, quæ eiſdem plantandis operam impenderat ſuam, ſuamque interpoſuerat auctoritatem, eos vel novis communire legibus, vel ad priſtinam vivendi ſeveritatem revocare, vel penitus etiam evellere, ac diſſipare minime dubitavit.

4 *Hac ſane de cauſa Innocentius Papa III. Prædeceſſor noſter cum comperiiſſet nimiam regularium Ordinum diverſitatem gravem in Eccleſiam Dei confuſionem inducere, in Concilio generali Lateranenſi IV. firmiter prohibuit, ne quis de cetero novam Religionem inveniat; ſed quicumque ad religionem converti voluerit unam de approbatis aſſumat; decrevitque inſuper, ut qui voluerit religioſam dum de novo fundare, regulam & inſtitutionem accipiat de approbatis. Unde conſequens fuit, ut non liceret omnino novam religionem inſtituere ſine ſpeciali Romani Pontificis licentia: & merito quidem; nam cum novæ Congregationes maioris perfectionis gratia inſtituantur, prius ab hac ſancta Apoſtolica Sede ipſa vitæ futuræ forma examinari, & perpendi debet diligenter, ne ſub ſpecie maioris boni, & ſanctioris vitæ plurima in Eccleſia Dei incommoda,*

de dos Póvos; eſta meſma Sede Apoſtolica nunca duvidou de as reformar com Eſtatutos novos, e de as reduzir á ſua antiga auſteridade de vida; ou de totalmente abolir, e desfazer aquellas meſmas Ordens, para cuja fundação tinha empregado toda a ſua authoridade, e diligencia.

4 Por iſſo o Papa Innocencio III. Noſſo Predeceſſor, tendo averiguado a grave confusão, que a nimia diverſidade das Ordens Regulares introduzíra na Igreja de Deos, conſtantemente prohibio no Concilio Lateranenſe IV., que alguem dalli em diante inventaſſe nova Religião; ordenando, que quem quizeſſe recolher-ſe a ella, elegeſſe huma das já então approvadas; e que ao Inſtituto, e Regra de huma deſtas ſe accommodaſſe quem pertendeſſe fundar nova caſa Religioſa. Do que ſe ſeguio não ſer licito abſolutamente inſtituir nova Ordem ſem licença eſpecial do Pontifice Romano. E com razão; porque como as novas Congregações ſe inſtituem para maior perfeição, he juſto que a Sede Apoſtolica primeiro conſidere, e examine cuidadoſamente a fórma de vida, que hão de obſervar; para que debaixo do pretexto de maior bem, e vida mais ſanta, ſe não originem na Igreja de Deos maiores incon-

ve-

da, & fortasse etiam mala exoriantur.

5 *Quamvis vero providentissime hæc fuerint ab Innocentio III. Prædecessore constituta, tamen postmodum non solum ab Apostolica Sede importuna petentium inhiatio aliquorum Ordinum Regularium approbationem extorsit, verum etiam nonnullorum præsumptuosa temeritas diversorum Ordinum præcipue mendicantium nondum approbatorum effrænatam quasi multitudinem adinvenit. Quibus plene cognitis, ut malo statim occurreret, Gregorius Papa X. pariter Prædecessor noster in generali Concilio Lugdunensi renovata Constitutione ipsius Innocentii III. Prædecessoris districtius inhibuit, ne aliquis de cetero novum Ordinem, aut religionem adinveniat, vel habitum novæ religionis assumat. Cunctas vero generaliter religiones, & Ordines mendicantes post Concilium Lateranense IV. adinventos, qui nullam confirmationem Sedis Apostolicæ meruerunt perpetuo prohibuit. Confirmatos autem ab Apostolica Sede modo decrevit subsistere infrascripto: u videlicet professoribus eorumdem Ordinum ita liceret in illis remanere, si voluerint, quod nullum deinceps ad eorum professionem admitte-*

venientes, ou talvez maiores damnos.

5 Supposto porém que estes abusos foram com optima providencia acautelados por Innocencio III. Nosso Predecessor; com tudo, depois disso não sómente as importunas súpplicas, e ardentes instancias de alguns extorquíram da Sede Apostolica a approvação de diversas Ordens Regulares; mas tambem a vaidosa temeridade de outros introduzio huma desordenada multidão de differentes Ordens, principalmente Mendicantes ainda não approvadas. O que plenamente reconhecido, para logo obviar a este damno, o Papa Gregorio X. tambem Nosso Predecessor, renovando no Concilio Geral Lugdunense a Constituição do mesmo Innocencio III. seu Predecessor, prohibio mais apertadamente, que alguem dalli em diante inventasse nova Ordem, ou Regra, ou se vestisse com habito de novo Instituto. Geralmente, e para sempre, reprovou todas as Religiões, e Ordens Mendicantes inventadas depois do IV. Concilio Lateranense, que não tinham sido confirmadas pela Sede Apostolica. As que esta porém tinha confirmado, ordenou, que subsistissem da maneira seguinte, convem a saber: Que aos Professos nas ditas Ordens fosse licito perseverar nellas, se quizessem; mas que dalli por diante nem pudessem ad-

terent , nec de novo domum , vel aliquem locum acquirerent , nec domos , ſeu loca , quæ habebant , alienare valerent ſine ejuſdem Sanctæ Sedis licentia ſpeciali. Ea enim omnia diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervavit in Terræ Sanctæ ſubſidium , vel pauperum , vel alios pios uſus per locorum Ordinarios , vel eos quibus Sedes ipſa commiſerit , convertenda. Perſonis quoque ipſorum Ordinum omnino interdixit quoad extraneos prædicationis , & audiendi confeſſiones officium , aut etiam ſepulturam. Declaravit tamen in hac Conſtitutione minime comprehenſos eſſe Prædicatorum , & Minorum Ordines , quos evidens ex eis utilitas Eccleſiæ Univerſali proveniens perhibebat approbatos. Voluitque inſuper Eremitarum Sancti Auguſtini , & Carmelitarum Ordines in ſolido ſtatu permanere , ex eo quod iſtorum inſtitutio prædictum generale Concilium Lateranenſe præceſſerat. Demum ſingularibus perſonis Ordinum , ad quos hæc Conſtitutio extendebatur , tranſeundi ad reliquos Ordines approbatos licentiam conceſſit generalem ; ita tamen , ut nullus Ordo ad alium , vel Conventus ad Conventum ſe , ac loca ſua totaliter transferret , non

admittir alguem a profeſſallas ; nem adquirir de novo alguma Caſa , ou lugar ; nem pudeſſem alienar as Caſas , e lugares , que então tinham , ſem licença eſpecial da meſma Santa Sede. Á diſpoſição della reſervou huma , e outra couſa , para ſe converter em ſoccorro da Terra Santa, ou dos pobres, ou em outros uſos pios , conforme a applicação dos Ordinarios Locaes , ou daquellas peſſoas , a quem a meſma Sede a commetteſſe. Tambem prohibio abſolutamente aos individuos das meſmas Ordens o exercicio de prégarem fóra dos ſeus Conventos ; o de ouvirem confiſsões ; e até o de darem ſepultura aos que não foſſem Religioſos ſeus. Declarou com tudo , que neſta Conſtituição não ficavam comprehendidas as Ordens dos Prégadores , e dos Frades Menores , porque as tinha approvado pela evidente utilidade , que dellas reſultava á Igreja univerſal. Quiz mais além diſto , que as Ordens dos Eremitas de Santo Agoſtinho , e dos Carmelitas ficaſſem permanecendo no eſtado , em que ſe achavam ; porque a ſua inſtituição era anterior ao ſobredito Concilio Geral Lateranenſe. Finalmente , concedeo geral licença a cada hum dos individuos das Ordens comprehendidas neſta Conſtituição , para ſe transferirem a outras Ordens approvadas ; com tanto , que nenhuma Ordem inteira ſe paſſaſſe para ou-

non obtenta prius ſpeciali Sedes Apoſtolicæ licentia.

6 *Hiſcemet viſtigiis ſecundum temporum circumſtantias inhæſerunt alii Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, quorum omnium decreta longum eſſet referre. Inter ceteros vero Clemens Papa V. pariter Prædeceſſor noſter per ſuas ſub plumbo 6. Nonas Maii anno Incarnationis Dominicæ* 1312. *expeditas litteras Ordinem Militarem Templariorum nuncupatorum, quamvis legitime confirmatum, & alias de Chriſtiana Republica adeo preclare meritum, ut a Sede Apoſtolica inſignibus beneficiis, privilegiis, facultatibus, exemptionibus, licentiis cumulatus fuerit, ob univerſalem diffamationem ſuppreſſit, & totaliter extinxit, etiamſi Concilium generale Viennenſe, cui negotium examinandum commiſerat, a formali, & definitiva ferenda ſententia cenſuerit ſe abſtinere.*

7 *Sanctus Pius V. ſimiliter Prædeceſſor noſter, cujus inſignem ſanctitatem piè colit, & veneratur Eccleſia Catholica, Ordinem Regularem Fratrum Humiliatorum Concilio Lateranenſi anteriorem, approbatumque a felicis recordationis*

In-

outra, nem hum Convento para outro, levando comſigo tudo quanto lhes pertenceſſe; ſem que para iſſo alcançaſſem primeiro licença eſpecial da Santa Sede Apoſtolica.

6 Eſtes meſmos paſſos, ſegundo as circumſtancias dos tempos, ſeguíram outros Pontifices Romanos Noſſos Predeceſſores, cujos Decretos ſería muito extenſo referir eſpecificamente. Entre elles porém temos o Papa Clemente V. que pela ſua Bulla *Sub plumbo*, datada de 2. de Maio do anno da Encarnação do Senhor 1312., ſupprimio, e extinguio de todo a Ordem Militar, intitulada dos *Templarios*, obrigado da univerſal diffamação, em que ella ſe achava; não obſtante eſtar a dita Ordem legitimamente confirmada, e ter ſido aliàs tão benemerita da República Chriſtã, que a Sé Apoſtolica a enriquecêra de grandes beneficios, privilegios, faculdades, e izenções; e não obſtante tambem que o Concilio Geral de Vienna, a quem fora encarregado o exame da Cauſa, julgou que ſe devia abſter de proferir nella ſentença formal definitiva.

7 O outro Noſſo Predeceſſor S. Pio V. cuja inſigne ſantidade venera com cultos a Igreja Catholica, extinguio, e abolio totalmente a Ordem Regular dos *Humilhados*, que era anterior ao Concilio de Latrão; e havia ſido approvada pelos Sum-

mos

Innocentio III., Honorio III., Gregorio IX., & Nicolao V. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus itidem noſtris, ob inobedientiam decretis Apoſtolicis, diſcordias domeſticas, & externas exortas, nullum omnino futuræ virtutis ſpecimen oſtendentem, & ex eo quia aliqui ejuſdem Ordinis in necem S. Caroli S. R. E. Cardinalis Borromei Protectoris, ac Viſitatoris Apoſtolici dicti Ordinis ſcelerate conſpiraverint, extinxit, ac penitus abolevit.

mos Pontifices Innocencio III. Honorio III. Gregorio IX. e Nicoláo V. tambem Noſſos Predeceſſores de feliz recordação. E iſto por cauſa de deſobediencia aos Decretos Apoſtolicos; pelas diſcordias domeſticas, e externas, que entre elles ſe tinham levantado, ſem alguma apparencia de emenda para o futuro; e tambem porque alguns Socios da meſma Ordem tinham ſacrilegamente conſpirado para darem a morte a São Carlos Borromeu, Cardial da Santa Igreja Romana, e Protector, e Viſitador Apoſtolico da dita Ordem.

8 *Recolendæ memoriæ Urbanus Papa VIII. etiam Prædeceſſor noſter per ſuas in ſimili forma Brevis die 6. Februarii 1626. expeditas litteras Congregationem Fratrum Conventualium Reformatorum a felicis memoriæ Sixto Papa V. itidem Prædeceſſore noſtro ſolemniter approbatam, & pluribus beneficiis, ac favoribus auctam, ex eo quia ex prædictis Fratribus ii in Eccleſia Dei ſpirituales fructus non prodierint, imo quamplures differentiæ inter eoſdem Fratres Conventuales Reformatos, ac Fratres Conventuales non reformatos ortæ fuerint, perpetuò ſuppreſſit, ac extinxit: Domus, Conventus, loca, ſupellectilem, bona, res, actiones, & jura ad prædictam Congregationem ſpectantia Ordi-*

8 O Papa Urbano VIII. tambem Noſſo Predeceſſor, de veneravel memoria, pelas ſuas Letras ſemelhantemente expedidas em fórma de Breve no dia 6 de Fevereiro de 1626. ſupprimio, e extinguio para ſempre a Congregação dos Frades *Conventuaes Reformados*, approvada ſolemnemente por Noſſo Predeceſſor de feliz memoria Xiſto V. e cheia de muitos beneficios, e favores; porque nehum fruto eſpiritual colhia a Igreja de Deos da exiſtencia dos referidos Frades; antes eram muitas as diſſensões, e differenças, que entre os meſmos Frades Conventuaes Reformados, e os Conventuaes não Reformados ſe tinham levantado. Todas as Caſas, Conventos, Lugares, Alfaias, Bens, Couſas, Acções, e Direitos, que pertenciam á ſobredita Congregação, concedeo,

dini Fratrum Minorum S. Franciſci Conventualium conceſſit, & aſſignavit, exceptis tantum domo Neapolitana, & domo Sancti Antonii de Padua nuncupata de Urbe, quam poſtremam Cameræ Apoſtolicæ applicavit, & incorporavit, ſuæque, ſuorumque ſucceſſorum diſpoſitioni reſervavit: Fratribus denique prædictæ ſuppreſſæ Congregationis ad Fratres S. Franciſci Cappuccinos, ſeu de Obſervantia nuncupatos tranſitum permiſit.

9 *Idem Urbanus Papa VIII. per alias ſuas in pari forma Brevis die 2. Decembris 1643. expeditas litteras Ordinem Regularem Sanctorum Ambroſii, & Barnabæ ad nemus perpetuo ſuppreſſit, extinxit, & abolevit, ſubjecitque Regulares prædicti ſuppreſſi Ordinis juriſdictioni, & correctioni Ordinariorum locorum, prædictiſque Regularibus licentiam conceſſit ſe transferendi ad alios Ordines regulares ab Apoſtolica Sede approbatos. Quam ſuppreſſionem rec. memoriæ Innocentius Papa X. Prædeceſſor quoque noſter ſolemniter per ſuas ſub plumbo Kal. Aprilis anno Incarnationis Dominicæ 1645. expeditas litteras confirmavit; & inſuper Beneficia, Domus, & Monaſteria prædicti Ordinis, quæ antea regularia erant, ad ſæcularitatem reduxit, ac in*

poſ-

deo, e applicou á Ordem dos Frades *Menores Conventuaes* de S. Franciſco; exceptuando unicamente a Caſa de Napoles, e a Caſa chamada de Santo Antonio de Padua em Roma; a ultima das quaes, ſendo applicada, e incorporada na Camara Apoſtolica, deixou reſervada á ſua diſpoſição, e á de ſeus Succeſſores. Finalmente aos Frades da ſobredita extincta Congregação concedeo poderem paſſar para os Frades de S. Franciſco chamados *Capuchinhos*, ou *da Obſervancia.*

9 O meſmo Papa Urbano VIII. por outras ſuas Letras tambem expedidas em fórma de Breve no dia 2. de Dezembro de 1643. ſupprimio, extinguio, e deo por abolida a Ordem Regular chamada *de Santo Ambroſio*, e *de S. Barnabé do Boſque*; ſujeitou os Regulares da ſobredita Ordem ſupprimida á juriſdicção, e correcção dos Ordinarios dos Lugares; e concedeo aos meſmos Regulares a licença de tranſitarem para outras Ordens approvadas pela Sede Apoſtolica. A qual ſuppreſsão confirmou depois ſolemnemente o Papa Innocencio X. tambem Noſſo Predeceſſor, pelas ſuas Letras expedidas *Sub plumbo* no primeiro de Abril do anno da Encarnação do Senhor 1645. E além diſto ſecularizou, e declarou para ſempre ſecularizados os Beneficios, Caſas, e Moſteiros da re-

ſe-

posterum sæcularia fore, & esse declaravit.

10 *Idemque Innocentius X. Prædecessor per suas in simili forma Brevis die* 16. *Martii* 1645. *ob graves perturbationes excitatas inter Regulares Ordinis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, etsi Ordo ille prævio maturo examine a Gregorio Papa XV. Prædecessore nostro solemniter approbatus fuerit, præfatum regularem Ordinem in simplicem Congregationem, absque ullorum votorum emissione, ad instar Instituti Congregationis Presbyterorum sæcularium Oratorii in Ecclesia S. Mariæ in Vallicella de Urbe S. Philippi Neri nuncupatæ, reduxit: Regularibus prædicti Ordinis sic reducti transitum ad quamcumque religionem approbatam concessit: admissionem Novitiorum, & admissorum professionem interdixit: superioritatem denique, & jurisdictionem, quæ penes Ministrum generalem, Visitatores, aliosque Superiores residebat in Ordinarios Locorum totaliter transtulit: quæ omnia per aliquot annos consecuta sunt effectum, donec tandem Sedes hæc Apostolica, cognita prædicti instituti utilitate, illum ad pristinam votorum solemnium formam revocavit, ac in perfectum regularem Ordinem redegit.*

Per

ferida Ordem, que antes eram regulares.

10 O mesmo Nosso Predecessor Innocencio X. por outro Breve passado a 16. de Março de 1645. vendo as graves perturbações, que se tinham excitado entre os Regulares da Ordem chamada *dos Pobres da Madre de Deos das Escolas Pias*, que com maduro exame tinha sido approvada solemnemente pelo outro nosso Predecessor Gregorio XV. reduzio a mesma Ordem Regular ao estado de huma simples Congregação, sem votos alguns, á maneira do Instituto da Congregação dos Clerigos Seculares do Oratorio de S. Filippe Neri da Igreja intitulada *de Santa Maria de Vallicella.* Concedeo aos Regulares da dita Ordem, assim reduzida, o transito para qualquer Religião approvada. Prohibio-lhes toda a acceitação, e profissão de Noviços. Transferio finalmente para os Ordinarios dos Lugares toda a jurisdicção, e superioridade, que antes residia no Geral, nos Visitadores, e nos mais Prelados. E neste estado se conservou aquella Congregação por alguns annos, até que por fim, reconhecida a utilidade do dito Instituto, tornou esta Sede Apostolica a admittilla á profissão dos votos solemnes, e a reduzio ao antigo estado de huma perfeita Ordem Regular.

Por

11 *Per ſimiles ſuas in pari forma Brevis die 29. Octobris 1650. expeditas litteras idem Innocentius X. Prædeceſſor ob diſcordias quoque, & diſſenſiones exortas ſuppreſſit totaliter Ordinem S. Baſilii de Armenis: regulares prædicti ſuppreſſi Ordinis omnimode juriſdictioni, & obedientiæ Ordinariorum Locorum ſubjecit in habitu Clericorum ſæcularium, aſſignata iiſdem congrua ſuſtentatione ex redditibus Conventuum ſuppreſſorum: illisque etiam facultatem tranſeundi ad quamcumque religionem approbatam conceſſit.*

12 *Pariter ipſe Innocentius X. Prædeceſſor, per alias ſuas in dicta forma Brevis die 22. Junii 1651. expeditas litteras, attendens nullos ſpirituales fructus ex regulari Congregatione Presbyterorum Boni Jeſus in Eccleſia ſperari poſſe, præfatam Congregationem perpetuo extinxit: Regulares prædictos juriſdictioni Ordinariorum Locorum ſubjecit, aſſignata eiſdem congrua ſuſtentatione ex redditibus ſuppreſſæ Congregationis, & cum facultate tranſeundi ad quemlibet Ordinem regularem approbatum a Sede Apoſtolica; ſuoque arbitrio reſervavit applicationem bonorum prædictæ Congregationis in alios pios uſus.*

13 *Denique felicis recordatio-*

11 Por outro Breve de 29 de Outubro de 1650. ſupprimio totalmente o meſmo Noſſo Predeceſſor Innocencio X. por cauſa de ſemelhantes diſcordias, e diſſensões, a Ordem *de S. Baſilio dos Armenios.* Sujeitou inteiramente á juriſdicção dos Ordinarios dos Lugares em Habito de Clerigos ſeculares os Individuos da dita Ordem ſupprimida, aſſignando-lhes dos rendimentos dos Conventos extinctos a ſua congrua ſuſtentação; e concedendo-lhes tambem faculdade de paſſarem para qualquer Religião approvada.

12 O meſmo Noſſo Predeceſſor Innocencio X. conſiderando que nenhum fruto eſpiritual ſe podia eſperar de ſer conſervada na Igreja a Congregação dos Clerigos Regulares *do Bom Jeſus*, a extinguio perpetuamente por outras ſuas Letras em fórma de Breve, expedidas em 22. de Junho de 1651. Sujeitou os Profeſſos della á juriſdicção dos Ordinarios dos Lugares, aſſignando-lhes tambem congrua ſuſtentação das rendas da meſma Congregação ſupprimida, com faculdade de poderem paſſar para outra qualquer Religião approvada pela Sede Apoſtolica; e reſervou a ſeu arbitrio a applicação para outros uſos pios, que deviam ter os Bens, e Caſas da ſobredita Congregação.

13 Finalmente o Papa Clemen-

tionis Clemens Papa IX. Prædeceſſor itidem noſter cum animadverteret, tres regulares Ordines, Canonicorum videlicet regularium Sancti Georgii in Alga nuncupatorum, Hieronymianorum de Feſulis, ac tandem Jeſuatorum a Sancto Johanne Columbano inſtitutorum parum, vel nihil utilitatis, & commodi Chriſtiano populo afferre, aut ſperare poſſe eos eſſe aliquando allaturos, de iis ſupprimendis, extinguendiſque conſilium cepit, idque perfecit ſuis litteris in ſimili forma Brevis die 6. Decembris 1668. expeditis; eorumque bona, & redditus ſatis conſpicuos, Venetorum Republica poſtulante, in eos ſumptus impendi voluit, qui ad Cretenſe bellum adverſus Turcas ſuſtinendum erant neceſſario ſubeundi.

14 *In his vero omnibus decernendis, perficiendiſque ſatius ſemper duxerunt Prædeceſſores noſtri ea uti conſultiſſima agendi ratione, quam ad intercludendum penitus aditum animorum contentionibus, & ad quælibet amovenda diſſidia, vel partium ſtudia magis conferre exiſtimarunt. Hinc moleſta illa, ac plena negotii prætermiſſa methodo, quæ in forenſibus inſtituendis judiciis adhiberi conſuevit, prudentiæ legibus unice inhærentes, ea poteſtatis plenitudine, qua tam-*

quam

mente IX. tambem Noſſo Predeceſſor de feliz recordação, ponderando ſer pouca a utilidade, e proveito, que ao Povo Chriſtão reſultavam, ou podiam reſultar, de que ſe conſervaſſem as tres Ordens Regulares; dos Conegos *de S. Jorge de Alga*; dos *Frades Jeronymos de Fieſole*; e finalmente a dos *Jeſuatos*, inſtituida por S. João Colombano; determinou ſupprimir, e extinguir todas tres; e com effeito aſſim o executou pelo ſeu Breve de 6. de Dezembro de 1668., no qual, a requerimento da Républica de Veneza, applicou os ſeus bens, e rendas para as deſpezas, que ella forçoſamente havia de fazer em ſuſtentar a guerra *de Candia* contra o Turco.

14 Nos caſos occorrentes das decisões, e extinções de todas as referidas Ordens abolidas, julgáram ſempre os ditos Noſſos Predeceſſores com exuberantiſſima prudencia, que deviam uſar dos meios, que foſſem mais proprios, e efficazes para fecharem inteiramente a porta ás controverſias, ás diſputas, ás diſſensões, e ás animoſidades, que ſempre reſultam dos diverſos partidos. Por iſſo: apartando-ſe ſempre das delongas dos meios ordinarios, cheios das moleſtas agitações Forenſes, de que ſe coſtuma uſar nos Auditorios: E cingindo-ſe

ſó-

quam Christi in terris Vicarii, ac supremi Christianæ Reipublicæ moderatores amplissime donati sunt, rem omnem absolvendam curarunt, quin regularibus Ordinibus suppressioni destinatis, veniam facerent, & facultatem sua experiundi jura, & gravissimas illas vel propulsandi criminationes, vel causas amoliendi, ob quas ad illud consilii genus suscipiendum adducebantur.

15 *His igitur, aliisque maximi apud omnes ponderis, & auctoritatis exemplis nobis ante oculos propositis, vehementique simul flagrantes cupiditate, ut in ea, quam infra aperiemus, deliberatione, fidenti animo, tutoque pede incedamus, nihil diligentiæ omisimus, & inquisitionis, ut quidquid ad regularis Ordinis, qui Societatis Jesu vulgo dicitur, originem pertinet, progressum, hodiernumque statum perscrutaremur; & compertum inde habuimus, eum ad animarum salutem, ad hæreticorum, & maxime Infidelium conversionem, ad maius denique pietatis, & religionis incrementum a Sancto suo Conditore fuisse institutum; atque ad optatissimum hujusmodi finem facilius feliciusque consequendum, arctissimo Evangelicæ paupertatis*

sómente ás leis da prudencia, e da plenidão do poder Apostolico, que Christo lhes dera, como a seus Vigarios na Terra, e Supremos Governadores da República Christã: não deram lugar algum ás Ordens Regulares, que destináram á suppressão; ou para allegarem os seus Direitos, ou para contestarem as gravissimas accusações contra ellas offerecidas; ou para as illidirem, e se defenderem das causas, que tinham feito parecer necessarias as sobreditas abolições, e extinções.

15 Tendo Nós pois diante dos olhos estes, e outros exemplos, que no conceito universal são, e devem ser de grandissimo pezo, e authoridade; e desejando ao mesmo tempo ardentissimamente proceder com toda a firmeza de conselho, e segurança de passos, que requeria a deliberação sobre o negocio, que abaixo declaramos; não houve diligencia, nem averiguação, que não fizessemos: nem indagação alguma, que não applicassemos, com o fim de examinarmos, e descubrirmos desde os fundamentos tudo o que pertence á origem, progressos, e estado, em que hoje se acha a Ordem Regular, que vulgarmente se chama da *Companhia de Jesus*. E o que destas diligencias, e averiguações viemos por ultimos a comprehender, e concluir, foi: Que esta Ordem fora instituida pelo seu Santo Fundador para procurar a salvação das Almas; a conversão dos que se apartáram da Igreja; mui-

tis voto tam in communi, quam in particulari fuiſſe Deo conſecratum, exceptis tantummodo ſtudiorum, ſeu litterarum Collegiis, quibus poſſidendi reditus ita facta eſt vis, & poteſtas, ut nihil tamen ex iis reditibus in ipſius Societatis commodum, utilitatem, ac uſum impendi unquam poſſit, atque converti.

muito principalmente a dos Infieis; e o augmento da piedade, e da religião: Que para effeito de ſe conſeguir mais facil,e felizmente eſte deſejado fim,ſe conſagrára a Deos pelo eſtreitiſſimo voto de Pobreza Evangelica,tanto no commum,como no particular;exceptuando ſómente os Collegios, ou Caſas de Eſtudos, aos quaes ſe permittio poderem ter rendas debaixo da condição,de que a meſma Companhia não pudeſſe em tempo algum deſpendellas, ou convertellas em commodo, utilidade, e uſo da ſua Communidade.

16 *His, aliisque ſanctiſſimis legibus probata primum fuit eadem Societas Jeſu a rec. memoriæ Paulo Papa III. Prædeceſſore noſtro per ſuas ſub plumbo 5. Kal. Octobris anno Incarnationis Dominicæ* 1540. *expeditas litteras, ab eodemque conceſſa ei fuit facultas condendi jura, atque ſtatuta, quibus Societatis præſidio, incolumitati, atque regimini firmiſſime conſuleretur. Et quamvis idem Paulus Prædeceſſor Societatem ipſam anguſtiſſimis ſexaginta dumtaxat alumnorum limitibus ab initio circumſcripſiſſet; per alias tamen ſuas itidem ſub plumbo pridie Kal. Martii anno Incarnationis Dominicæ* 1543. *expeditas litteras locum dedit eadem in Societate iis omnibus, quos in eam excipere illius mode-*

16 Debaixo deſtas, e de outras Leis muito ſantas, approvou o Noſſo Predeceſſor de feliz memoria Paulo III. a referida Companhia de Jeſus pelas ſuas Letras expedidas *Sub plumbo* a 27. de Setembro do anno da Encarnação do Senhor 1540.; e lhe concedeo faculdade para eſtablecer as Leis, e Eſtatutos, que pareceſſem mais convenientes á ſua conſervação, ſegurança, e modo de governo. E ainda que o meſmo Noſſo Predeceſſor Paulo coarctou tanto naquelles principios o numero dos Alumnos da meſma Companhia, que não quiz que paſſaſſem de ſeſſenta; com tudo, por outras ſuas Letras tambem expedidas *Sub plumbo* a 28. de Fevereiro do anno do Senhor 1543., permittio que pudeſſem entrar nella todos aquelles, que os ſeus Prelados julgaſſem util, e neceſſario acceitar. Depois

deratoribus visum fuisset opportunum, aut necessarium. Anno deinde 1549. suis in simili forma Brevis die 15. Novembris expeditis litteris idem Paulus Prædecessor pluribus, atque amplissimis privilegiis eamdem Societatem donavit, ac in his indultum aliàs per eumdem Præpositis generalibus dictæ Societatis concessum admittendi viginti Presbyteros Coadjutores spirituales, eisque impertiendi easdem facultates, gratiam, & auctoritatem, quibus Socii ipsi professi donantur, ad alios quoscumque, quos idoneos fore iidem Præpositi generales censuerint, ullo absque limite, & numero extendendum voluit, atque mandavit; ac ptæterea Societatem ipsam, & universos illius Socios, & personas, illorumque bona quæcumque ab omni superioritate, jurisdictione, correctione quorumcumque Ordinariorum exemit, & vindicavit, ac sub sua, & Apostolicæ Sedis protectione suscepit.

17 *Haud minor fuit reliquorum Prædecessorum nostrorum eamdem erga Societatem liberalitas, ac munificentia. Constat enim a rec. memoriæ Julio III. Paulo IV. Pio IV. & V. Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Clemente VIII. Paulo V. Leone XI. Gre-*

pois disto no anno de 1549, por outrras suas Letras de 15 de Novembro expedidas em fórma de Breve, honrou o mesmo Nosso Predecessor Paulo a mesma Companhia com muitos, e importantissimos privilegios; e entre elles com o de que pudessem os seus Prepositos Geraes extender, sem limite algum, a todos, e quaesquer Subditos, que julgassem idoneos, o Indulto, que já antes lhes fora pelo mesmo acordado; de admittir na qualidade de Coadjutores espirituaes vinte Presbyteros; e de lhes conceder as mesmas faculdades, graças, e poderes, de que gozavam os Socios Professos. Além disso eximío, e livrou de toda a superioridade, jurisdicção, e correcção de todos, e quaesquer Ordinarios, a mesma Companhia, e todos os seus Socios, e Bens, e tomando a todos debaixo da sua proteção, e da da Sede Apostolica.

17 Não foi menor a liberalidade, e grandeza, com que os outros Nossos Predecessores tratáram a referida Companhía. Pois he notorio, que os Papas Julio III. Paulo IV. Pio IV. e V. Gregorio XIII. Xisto V. Gregorio XIV. Clemente VIII. Paulo V. Leão XI. Gregorio XV. Urbano

Gregorio XV. Urbano VIII. aliiſque Romanis Pontificibus privilegia eidem Societati jam antea tributa vel confirmata fuiſſe, vel novis aucta acceſſionibus, vel apertiſſime declarata. Ex ipſo tamen Apoſtolicarum Conſtitutionum tenore, & verbis palam colligitur eadem in Societate ſuo fere ab initio varia diſſidiorum, ac æmulationum ſemina pullulaſſe, ipſos non modo inter Socios, verum etiam cum aliis regularibus Ordinibus, Clero ſæculari, Academiis, Univerſitatibus, publicis litterarum gymnaſiis, & cum ipſis etiam Principibus, quorum in ditionibus Societas fuerat excepta; eaſdemque contentiones, & diſſidia excitata modo fuiſſe de votorum indole, & natura, de tempore admittendorum Sociorum ad vota, de facultate Socios expellendi, de iiſdem Sociis ad ſacros ordines promovendis ſine congrua, ac ſine votis ſolemnibus contra Concilii Tridentini, ac ſanctæ memoriæ Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri decreta; modo de abſoluta poteſtate, quam Præpoſitus generalis ejuſdem Societatis ſibi vindicabat, ac de aliis rebus ipſius Societatis regimen ſpectantibus; modo de variis doctrinæ capitibus, de ſcholis, de exemptionibus, & privilegiis, quæ Locorum Ordinarii,

aliæ-

